

kat.komp.

CIMELIA

Qu


5846





5846

CIMELIA



Cim. Qu. 5846

1-10

In Lutheri aduer
sus Cardinalem et
Archiepiscopum

Moguntinū et Mag
deburgensem ꝛc.

nouam Crimi
nationem ꝛ
calumni

am,

Respon
sum Johan
nis Cochlei.

M. D. XXXV.

Reuerendiss. in Christo Patri ac Dño, Dño
Iacobo, Archiepiscopo S. Andree, totius Re-
gni Scotie Primati, Sedis Apostolice Legato
nato &c. Iohannes Cochleus S. P. D.



Reuerendiss. in Christo Pater, Dñe Clemēs-
tiss. vt clarius intelligatis vos Scoti, q̄m
probū reprobūq; & malignū sibi delegerit
Magistrū Mlesius vester: qui relicta nobili
patria, proiectaq; inter vrticas cuculla (vti
quidā ex vestratibus, mīme vulgaris aut cōtemptibilis
autor, ad paruitatē meam ante menses aliquot scripsit)
pfugus enauigauit in Germaniā, p̄tergressusq; cōpluri-
mas vrbes nobiles et insignes, vtpote Antuerpiā, Colo-
niā, Erfordiā, Lipsiā, & id gñs alias egregias, amplas
et mīme obscuras ciuitates, cōtulit se Quittenbergā ad
Lutherum, oīm pessimarū in Germania nuper exortarū
Sectarū fontē, primāq; scaturiginē: Dñc breuē libellū,
quē nuper Teuthonice scripserā edideramq; in latinū,
simplici stylo, de verbo fere ad verbū, transuli. Quem
in hoc edo, vt vos Scoti, quorū R. D. T. Primatē ac su-
premū pastore agit, certis cognoscatis. q̄diligēter cauē-
dū vobis sit a scriptis et quibuscūbet machinatōib; Me-
sij scoti. qui fraudulēta dissimulatōe Lutherismi, Luthe-
rismū in Regnū Scotie (quod dei benignitate ab omni he-
reseos labe purissimū adhuc existit) propagare nitit. Si
enī vir bonus esset ac pius, nequaq; Patrie anteponeret
Lutherū, virū vsq; adeo malignū ac impiū, cuius lateri
ptinaci sedulitate seruiliter adheret. Bene valeat R. D.
T. Dñe Clementiss. & hanc meam erga Catholicissimā
Scotorū gentē sollicitudinē, pie ac benigne in meliorem
partem accipiat. Ex Dresda Misnie. vij. Idus Aprilis
M. D. XXXV.

2

In Lutheri aduersus Cardina-
lem et Archiepiscopū Moguntinū ac Magde-
burgensem &c. nouam Criminatōem et Ca-
lumniam, Responsum Johannis Cochlei.

N Quam rursus Criminatōem & calumniā edidit
Duitteberge seditiosus ille inimic⁹ pacis, Luthe-
rus, In qua Reuerendiss. Patrem, Illustriss. ac
Generosiss. Principē ac Dominū. D. ALBERTVM
S. R. E. Presbyterū Cardinalem, Archiepiscopū Mo-
guntinū et Magdeburgensem, Principem Ro. Imperij
Electorem &c. dñm meum Clementiss. multis menda-
cijs apud subditos ipsius scelerate aggrauat ac tradu-
cit, vt nouam seditōem sanguinariamq; cedem exnsci-
tet, Quoniā spūs eius diurnā pacem ferre non potest.
Cum igitur probe cognoscat, eum Principem esse pacis
perq; studiosum ac precipuū amatorem, qui in Principa-
tibus Prouincijsq; suis vbiq; circiter. xx. annos (q̄d in
gubernabit) pacem cōseruauit, in hysce tam periculosis
temporibus ancipitq; rerū cursu, et pacis gratia multa
dedit ac dimisit que iure non debebat. Atq; adeo nuper
ad cōseruandā publicam Germanie pacem : qñ res in
preceps pendeat, summo cū periculo, cūctis de magna
sanguinis Christiani effusiōe sollicitē timētib⁹ anioq;
suspensis, huius Principis opera insigniter enituit. Dic-
factū est, vt osor iste pacis huic pacifico Principi, magis
q̄ alteri sit infensus. Preter hoc enī nihil causę singula-
riter aduersus eum habet.

Vt igitur q̄brenissime ad nouas Criminatōes eius
respondeā, priusquā mendacia eius ostendam, nequissi-
mā eius hypocrisim reuelabo, Qua se purum et alienū a
seditione fingit, aliosq; per hoc ad seditōem interim ex-
amulat. Dum ait, Quāuis Euangelij et Christus eis
A ij nihil

nihil faciat, tanq̃ is qui neminē pugno corripiat: Vide
runt tñ, ne alij veniāt qui pugno rem agāt &c. Jam vero
in luce clarescit, quid pacis ac obediētie Lutheri Euan-
geliū xv. ānis attulerit, et q̃ pulchre a pugno abstinuerit
nouo mō Euangelici apud nos Christiani.

in postilla
et defecula
porestate.

Quō autē dicere potest hō vanus, q̃ pacē retinuerit
Euangelii suū, cū ipsemet ante annos xij. aut xij. publi-
ce p̃dicauerit ac scripserit. vbicunq; sit Euangelii, ibi tu-
multuari oportere, q̃si mundus Euangelii ferre nō pos-
sit? Et in alio loco seculares Principes ipse criminatus ē
seditiosissime, tanq̃ ideo resistāt Euangelio, vt titulo suo
satisfacerēt, ac mundani principes p̃manerēt, Quidē
mundus sit Euangelij ac dei inimicus, quare & munda-
nos principes cōtra Euāgelii pugnare oporteat &c. Ad
que sane scripta eius mox subsecuta fuit Rusticorū sedi-
tiosus tumultus, qui nouū Euangelii pugno volebant
asserere, et Lutheri verba in rei effectū perducere. Incita-
tor eisi eorū multis antea tū sermonibus tū libellis affir-
mabat, tumultū et seditōez esse vera ac certa signa Eu-
gelij, eo q̃ Euangelii velit tumultuari, Et Christus nō
venerit mittere pacem, sed gladium.

Nemo igit̃ miret̃, si sanguinarius iste seditiōis in-
centor huic laudatissimo Principi Electori, pre multis
alijs, tanq̃ benigno miti ac pacifico Principi, insensus
sit et insidiosus calūniator. Lutheri eisi Euāgelijq; eius
poena & mors est, pax publica, puinciarum: Ut spoliare
tēpla, diripere Mōasteria, violare pacis foedera, pacifi-
cos inuadere, seditōnes in vrbibus, tumultus in pagis,
hi et id gñs alij fructus teneri, sunt oblectamentū et vi-
ta ipius. Vere miserabile est, huic Apostate tandiu oīa
impune licere. Qui tñ petulantie, immodestieq; et viru-
lentie

leutle in bonos et pacificos Principes (qui vbiq; in Germania bonū procurare student) effutire audet, nec vult vnq; cessare, donec in vltimū (quod deus auertat) exitium hanc miseram patriam adigat et perducatur.

Sane videmus et audimus, vbi cuiq; diabolicum istud Euangeliū eius admittit, multum cōtentōis, dissidii, criminatōis, verboseq; et inutilis disputatiōis, atq; peccati, in verbis primū exoriri. Deinde multum temeritatis, inobedientie, frivole et inique p̄sumptōis ac violentie in factis attentari et mox cōsequi. Et vltra hec oīa ex iusto dei iudicio et ira, plagas q̄ plurimas, vnā sup̄ aliam, famem, bella, pestilentiam, exactiōes graues &c. per quas sane poplūs depauperat̄ indies magis ac magis. Et adhuc maiora ac grauiora nobis mala imminere videntur. Nihilominus volumus videntibus oculis ceci persistere, nolentes cōsiderare et agnoscere, vnde nobis Germanis (qui alioqui ab externis Natiōibus bene tuti p̄maneremus) tot calamitates eueniāt, intus et foris, vt in D.C. annis potētissima hec Natio in maiori periculo ac metu nunquā fuerit: q̄ modo est. Quorū sane omniū malorum initium et causam attulit nobis petulans iste Apostata, per scripta sua tum heretica tū seditiosa.

Defendant eius doctrinā ceci hoīes, vt lubet et q̄d iū velint. Neq; tñ Albis neq; Abenus, ne mare quidē totū, eluere hanc maculā vnquā poterit, quin flūi Lutheri Euangeliū sit sempiterna heresis, quā p̄petuo damnatā manere oportet. Neq; Lutheri nomē ex hereticorum Catalogo vnquā eradet, etiā si Centū Concilia propter hoc celebrarent. Quicquid enī No. Sedes p̄ heresi semel cognoscit ac iudicat, nullū Cōcilium id iustificare poterit

A iij vnquā

vnq̃. Cū oīa Cōcilia Ro. sedis autoritatē, ad iudicandū
causas fidei, reuerēter agnoscāt, eiq; acceptam referant.
Quia probe nouerūt, eā ptatē a deo esse, et in vero Euā-
gelio validissime fundatā, ac roboratā per os veritatis,
que ad Petrū dixit. Et dabo tibi clauēs regnī celorum;
Quodcunq; ligaueris sup̃ terrā, erit ligatū ⁊ in celis ⁊c.

Perscrutemur sane cūctas historias, nō reperiemus
tū vllū hereticū in. M. D. annis, quē Sedes Rōana con-
dēnauit, ab vllō Cōcilio absolutū fuisse, nisi cōuersus fue-
rit, et ab errore declinauerit p̃ manifestam renocatōem.
Quapropter nēo expectare aut sperare debet, q̃ Vniuer-
salis Christi Ecclesia Luthero nouū ius cōdere velit aut
debeat, ⁊ Ro. Pōtifici eripere id quod deus ei dedit. Va-
na est igit̃ spes, et frivola lutheranorū p̃sumptio et expe-
ctatio. Lutherus eīsi manet hereticus in eternū, nisi publi-
ce renouauerit errores, et sacratissimā missam simul cū
alijs articulis et Cerimonijs Christiane et catholice re-
ligionis nostrē, que omīa apud suos deiecit et aboleuit,
iterū confiteat̃ et restituat.

Tactitet ergo, vt lubet, se Papatū destruxisse, Pape
amputasse caput, sedem eius evertisse ⁊c. Mere tū sunt
nuge et impudētissima mendacia. Quēadmodū nunc ⁊
videm⁹ et audim⁹ (Deo sit laus et gratiarū actio) q̃
Papa iste Paulus. iij. tā p̃clare, sc̃tē, ac magnifice tū ele-
ctus tū cōfirmat⁹ est, q̃ fuit vllus pontificū retro in CC.
aut CCC. annis. Et Lutherus sua Gigantomachia ni-
hil lucratus est oīno, nisi q̃ Germaniā Sectis dissensio-
nibusq; et tumultib⁹ impleuit, supra Centūmilla cedū
pcurauit, ac supra decies Centena millia aīarū in eternā
dānatōem ad intermiabilia supplicia Dreo demisit. Ad
huc tū oculos aperire nolūt, ad videndū, q̃ Lutheri glo-
riatōes nihil sunt nisi mera verba ⁊ manifesta mēdacia.

Ego p̃sepe obtuli me publice, atq; etiam priuatim
anno

4
anno superiore, literis a me manu ppria scriptis, p nunciū propriū trāsmiſſis, ad ſiſtendū cōſerendūq; pedē pēdi, vt Lutherū iuris ordine iudicialiter convincerē, q; ſit ſeditioſus hereticus. Ad hoc tacent oēs, et hactenus ex cūctis aſſectis et cōplicitibus eius ne vnus quidē repert⁹ eſt, qui eiꝰmōi oblatōem meā, iuris ordine iudiciūq; ſe ueritate peragendā, ad equale periculū in ſe ſuſcipere uellet. Neq; tñ vlla eſt adhuc ceſſatio, nec vllus mod⁹ aut finis impudētiffimarū gloriatiōnū, q; iuſtus ſit Lutherus, et doctrina eius nihil aliud q̄ verū et ſyncerū Euangelii Chriſti.

Et tanq̄ ſit ipſe met Chriſtus, ait in hoc crimiato-rio ſcripto ſuo, q; Euangelium et Chriſtus nihil faciat nobis, uelut is, qui neminē pugno corripere, ſed ueritatē dūtaxat dicere debeat &c. Nec aut uerba de uero chriſto dño noſtro, utiq; nō pñt intelligi. Ille enī in uero Euangelio ſuo ait, q; data ſit ſibi om̄is ptās in celo et in terra Math. 28. q; pater omne iudiciū deberit filio. Job. 5. q; arguat et caſtiget quos diligit Apoc. 3. Et in Pſalterio. q; uſitatur⁹ ſit in uirga iniquitates eorū, & in uerberib⁹ peccata eorū. pſal. 38. Quō igit̄ his et id gñs alijs p̄mul- tis ſcripture locis cōſonant iſta uerba Lutheri, q; Chriſtus neminē pugno corripere aut uerberare debeat. At per hec nō uerū Chriſtū, ſed ſeipm, uelut nonū Chriſtū uult intelligi. Per oīa enī gloriat̄, ſe non pugno pcutere, ſed vim pati uelle, & ſeipm vindicare nolle. Id quod ego ei mīme crediderim. Nūquidē oīa ſcripta eius, ferocem, impotentē et iracundū ſpirant animū, adeo ut arbitrer, eū, ſi uel decimā ſecularis potētie partē hēret, quā Cardinalis Moguntinus habet, iā pridē conaturū fuiſſe, ut oēs Ep̄atus, om̄ia ſacerdotū Collegia, cuncta Monaſteria Germanie, manu uolēta deſtrueret funditusq; de-leret. Auertat de⁹ Opt. Max. ne vnq̄ ad eā potētia pueniat. Nō ſineret (credo) me meiq; ſilēs tres ſup̄uīnere dies Granem

Gravem vero irrogat iniuriā Christo dño nostro et
usmodi gloriatioibus, dū se suaq; scripta heretica, Chri
sto eiusq; doctrine cōmiscet ac cōparat, nō absq; scelesto
mendacio, inimaniq; blasphemia, scribendo affirmās,
q; Cardinalis Mogūtinus ceteriq; Catholici Principes
adeo desperati ac malicia indurati sint, vt Christū cum
doctrina sua seditiosum dicāt et criminēt, cū tñ ipsorū
dñs existat &c. At nemo vir bonus dicere potest, q; vnq;
aut vsquā vel legerit vel audierit, vbi Principes nostri cri
minati sint doctrinā Christi velut seditiosā. Q, aut Lu
therū doctrinamq; eius seditōis arguūt, id iuste ac me
rito faciunt, quia verissimū est, & facta ipa euidentē osten
dunt. Duo insuper suprema Christianitatis capita, Pa
pa et Imperator, Lutheri doctrinā non solū seditiosā
sed et hereticā esse indicarunt, atq; publice cōdemnauē
runt, signibusq; adindicauerūt. Lutherus nō est Christus,
ideo non sequit ex vlla dialectica, q; contra Christū di
ctū aut scriptum sit, quicquid cōtra Lutherū dicitur aut
scribit. Sed insanus Apostata adeo est superbia inebria
tus et submersus, vt videat sibi, seipm esse Christum, ac
quicquid cōtra se est, id protinus et cōtra ipm met Chri
stum esse. Quis aut hoc heretico et misero peccatori cre
dat? Quis diabolicā istam superbiam non detestetur?

Mera igit sunt mendacia, que crassum et cerebrosum
caput, impudēs gloriator iste, ex falsa opinione ista (nēpe
q; Lutherus sit ipse met Christus, et lutheri doctrina sit
doctrina Christi) elicit ac pponit, per que sane bonos
pacificos Catholicosq; Principes nostros, nequiter et
inique apud subditos eorū traducit, aggrauat et calum
niatur, vt nouam inde seditionē exuscitet, dum ait, vt se
quitur.

Mendacia

5

Mendacia Lutheri aduersus Ca- tholicos et Ecclesiasticos Principes Germanie.

- 1 Q. Christū in verbo suo et in manifeste agnita veritate Euangelij, atq; Christianos eius, ex mera vi obstinataq; malicia cōdemnant et persequuntur.
- 2 Q. sunt seditiosi ac rebelles Cæsaris ac Dei fures, res luti ij, qui neq; Deo neq; vere Ecclesie Christiane, neq; Cæsari aut vlli potestati obedire volunt.
- 3 Q. volunt per seipsos esse dñi, ac iuxta omne bñplacitū ac friuolam voluntatē suam agere ac viuere, vt nō eis prohibere vel ausit vel debeat.
- 4 Q. nō solum inobedientes sunt, verum etiā furunt ac sēiunt in Christianos innocētes, q; occidūt ac latrocinijs inferimūt quēcunq; pñt, ac si vellent libenter regnū Dei simul ac semel delere.
- 5 Q. scdm̃ ius Pontificiū pñt expelli aut occidi, qñ sic docet Papa cuz vniuersis apostolis ac discipulis suis, Juristis ac Theologis, q, non tenemur vim pati, sed vim vi repellere licet.

Dec et id gñs plura seditiosa mendacia admiscet virulentus Predicator iste cuiusdā Sermoni (qui alioqui in plerisq; articulis bñ legi posset) ad concitandū a nouo subditos aduersus supiores suos, a deo sibi ordinatos. Quēadmodū antea miseros agricolas p cōsimilia scripta, aduersus Ecclesiasticos incitauit, nouasq; indulgentiarū bullas edidit, vniuersis ac singulis, qui corpus et substantiā, honoremq; suū in hoc exponerēt, vt Epātus Collegia et Mōasteria delerent, eos dixit veros esse amicos et filios dei &c. Singulariter vero proponit hic execrabile ac seditiosum exim, aduersus Cardinale Moguntinū, dicēs. Si ciues Hallenses aut subditi prouintiales Archiepātus Magdeburgensis, Ep̃m Moguntinū, Ty
B rannū

rannū suū, Cardinalem, expellerent aut interficerent.
Quāquidē mīseros homīes absq; omīi culpa tam petu-
lanter vexat ac in exiliū pellit : iuste facerēt ei iuxta Pō-
tistica iura. Ipse enī optime scit, q̄ notoriā facit iniuriā,
et agnitā psequitur veritatē. Noc scit, ideo iure ac me-
rito deberet ius Pape et ius suū propriū super se pati &c.
Jam manifestū est mendaciū, q̄ mitis ille Cardinalis
Archiep̄us & Princeps Elector, subditos suos, absq; om-
ni culpa vexet, aut in exiliū pellat. Id quod obedientes
eius subditi q̄ optime norunt atq; testant. Nisi publicis
scriptis cinis quidā Vallēs̄is Lutherū nuper, in lata ac
magistrali quadā tabula, ex proprijs verbis & cōtradi-
ctiōibus, velut suis coloribus aptissime depinxit, atq;
egregie de mendacijs confudit et conuicit.

In qua sane tabula manifeste comperit, q̄ Cardi-
nalis ille subditis suis, qui ab Ecclesie Catholice obedi-
entia, aduersus propriū dñm suū, ad Lutheri heresim
p̄ inobedientiā defecerūt, admodum leuem modicamq;
poenā influxit, Quippe p̄cepit, vt v̄editis rebus suis alio
se conferāt, ne, velut oues cōtagiose, alios bonos Chri-
stianos obedientesq; subditos, cohabitando inficiant.
Noc facere tenet Cardinalis, sub salute anie sue, Non
solum, tanq̄ Catholicus Princeps, cui hoc etiā in Iure
Civilī legibusq; imperialibus inunctū atq; preceptū est
Verum etiā tanq̄ legitimus pastor ordinariusq; Ep̄us,
a spū sancto vocatus ac positus, velut supremus specu-
lator, cui animarū cura a deo cōmissa est. Quemadmo-
dū docet eum Paulus Apostolus Act. 20. Et Christus
dñs Joh. 10. Ut bonus pastor, qñ viderit lupū (hoc est
hereticū) venientē, non fugiat neq; cōtineat, neq; sinat
lupum oues dispergere, mactare ac perdere, sed aīam su-
am ponat p̄ ouibus suis, a lupi morsibus defendendis.
Quēadmodū et propheta Ezechiel indicat atq; ex ore
dei p̄nunciat cap. 3. et. 33.

Cum

Cum igitur quilibet hereticus pro rapaci lupo habendus sit, sicut Christus docet Math. 7. et Paulus ad Titum 3. Potuisset perfectio Cardinalis optimo iure, subditos suos lutheranos, qui a lutherismo desistere nolebant, punire non solum in bonis, sed etiam in corpore, eisque tollere non modo cunctas facultates omnique substantiam, verum etiam corpus et vitam, iuxta dictamen legum imperialium in Codice de hereticis. Quicquid Lutherus publice pro heretico notorio et manifesto condemnatus ac declaratus est ab utraque potestate, Papa et Imperatore.

6
C. de heret
l. Quicunq
§ Nemo / c
seq.

Multo igitur magis timere debet Cardinalis, qui nimis mitis ac clemens fuerit erga eiusmodi obstinatos hereticos, qui corpus et bona ei debebant (uti officia iura dicant) quod quod nimis dure aut tyrannice aduersus eos egerit, sicut mendaciter imputat ei Lutherus. Timendum est enim, ne expulsi eiusmodi heretici, alibi quoque, velut lupi rapaces, simpliciores Christi ouiculas inficiant, atque ad defectionem et in sempiternam mortem abripiant. Neue literis et libellis venenosis (quos alijs ex locis ad subditos Cardinalis occulte transmittunt) bonos hactenus et obediens subditos, ad defectionem et inobedientiam exemplo suo sollicitent.

Quapropter Superiores multo magis timere debent in eiusmodi casu, quod per talem clementiam (que probis Christianis damno venit) magis peccent, participesque fiant perditionis omnium animarum, que per huiusmodi hereticos seducte, in eternum moriuntur et pereunt, quod si ius coelestis legesque impiales aduersus tales lupos rapaces sinerent aut facerent deduci in executionem et effectum. Non enim possent ex hoc Tyrannidis argui. Quicquid ius et Tyrannis sibi inuicem aduersantur. Quinimo et lex divina Deut. 17. precipit, ut eiusmodi heretici obstinati, qui summi sacerdotis imperio non obtemperant, ex decreto iudicis mo-

B ij riant

riantur, alijs in terrorem et exemplum, ad precauendū
ab eiusmodi inobedientia. Sed et naturalis equitas fra
ternaq; charitas exposcunt, vt tales lupi perniciosi non
debeant dimitti in alias ciuitates aut oppida quelibet,
vbi alios bonos Christianos veneni sui contagio infi
cere, et in eternam mortem abducere possint. Quod enī
nolim mihi fieri, alijs facere non debeo. Quemadmodū
nō esset equū, si lupū aliquē a grege meo ad alium gregē
depellere velim, qū eū bñ possem occidere, vt neq; mihi,
neq; proximo meo posthac damni quicq; inferre possit.

Nunc facile cognoscere pñt expulsi Lutherani, q;
Cardinalis nullā aduersus eos tyrannidē exercuerit, s;
nimis clemēs ac mitis fuerit. Quāquidē et ex ipsius Lu
theri proprio iudicio cōperiunt inuisti atq; culpabiles.
Sicut Casparus Querhamer, Cūis Vallēsis p xxxvi.
cōtrarias Lutheri sūas oculari euidētia clarissime in ta
bulis suis indicat. In quibus sane claris et exp̄ssis ver
bis p̄nūciat, ex Lutheri sermōe illiusq; declaratiōe de
venerabili Sacram̄to Eucharistie, q; nō sit necessariū, po
pulo sacram̄tu istud sub vtraq; specie porrigere, Immo,
q; nemini debeat sub vtraq; specie porrigi, nisi pri⁹ ita
decretū ac statutū fuerit in Cōcilio aliquo Generali. Id
circo Lutherus nunq; probare poterit, q; Cardinalis vi
atq; tyrannide, contra ius vexauerit atq; expulerit Lu
theranos illos lupos. Jure enī potuisset atq; etiā debu
isset illos longe durius punire.

Q, aut nitiť Lutherus ex libero cōsilio Euangelii
ce perfectōis necessariū preceptum vniverse Christiani
tati facere, Vbi Christus ait Math. 5. Ego aut dico vo
bis, non resistere malo, sed si quis p̄cusserit te in dexterā
maxillā tuam, prebe illi et alterā &c. Hoc facit Luther⁹
temere atq; ex diabolico instinctu, vt populū Christianū
nū

nū per hoc multis peccatis inuoluat, magisq; obnoxii
reddat, et diabolo addicat. Nam ne ipse quidē Luther⁹
negare potest, q̄ sit pctiū, transgredi aut p̄uaricari pre
cepta diuina, idq; nō leue aut veniale, sed graue ac mor
tale. De quo diuina scriptura ait. 1. Reg. 15. Quasi pctiū
ariolandi est, repugnare: et quasi scelus idolatrie, nolle
acquiescere. Et Psal. 118. Preuaricātes reputauit omnes
pctōres terre. Item Esa. vlt. cap. Egredient et videbunt
cadauera virorū qui p̄uaricati sunt in me. Itē D̄ see. 7.
De illis, quia recesserūt a me. Vastabunt, quia prenari
cati sunt in me. Si ergo esset necessariū preceptū dei Nō
resistere malo, et post primā alapam offerre et alterā ma
xillam percutiēt: inter decē milia vir vnū esset reperire
verū christianū, qui nō esset reus mortalis hui⁹ p̄uarica
tōis.

Q, aut non sit necessariū preceptū, sed liberū con
siliū perfectōis, possumus sane ex factis Christi Apосто
lorūq; eius et Pauli cognoscere. Cum enī Christ⁹ vnaz
accepisset alapā a seruo Pontificis, nō obtulit ei ptinus
et alteram maxillā, sed dixit. Si male locutus sum, testi
moniū p̄hibe de malo: Si autē bñ, quid me cedis? Joh.
18. Et Paulus, cum p̄ciperet Princeps sacerdotū astanti
bus, p̄cutere os eius, nō obtulit alteram maxillā, sed di
xit, Percutiet te deus, paries dealbate Act. 23. Neq; vsq;
reperit, q; aliū Apostoli alterā quoq; maxillā p̄cutienti
bus, vltro p̄buerint.

Et Lutherus ipse, q̄tūuis gloriē se multa pati,
p̄ceptum tñ istud adhuc nunq̄ adimpleuit, sed semp pro
vna alapa bñ decē alapas reddidit, verbis maledicis et
iracundis. Quemadmodū ipse met dicit aduersus He
gis Anglie epistolā, q̄ non aliorū consilium, sed sensum
suū sequi deberet, vt si Tyranno aut Doctori alicui vnā
C daret

daret alapam, et ille hoc egrefferet, ipse subsequēter tri-
ginta alapas supaddere deberet, in cōtritōem et poenī-
tentiā &c. Ut merito ac iure possim⁹ ei dicere illud, quod
Paulus dixit hypocritis indeis in Epist. ad Ro. cap. 2.
Qui in lege gloriaris, per p̄uaricationē legis deū inho-
noras. Luther⁹ enī per p̄uaricationē hui⁹ textus Euan-
gelici (ex quo ipse necessariū facit preceptū) deū maxi-
me inhonorat. Neq; apud discipulos eius vsquā reperi-
tur talis patiētia, qua post vnā alapā prebeāt & alteram
maxillā feriētī. Nihil igit aliud est hec gloriatio eius q̄
vētosa verborū iactātia, cui nihil rei aut veritatis adest.

Q; si aliqui Cardinalis hui⁹ subditi eū audierint,
et p̄miserint se ab eo in vllā rebellionē aut seditionē exci-
tari ac seduci, dabit eis p̄fecto idē tandē premiū, quod
occisis dedit agricolis. Cardinalis enī Mogūtin⁹ adeo
valet autoritate et gratia tum apud Cēsareā Regiamq;
Maiestatē, tum apud oēs sacri Ro. Imperij ob edientes
Catholicosq; Principes, vt in cūctis eius p̄uincijs, nul-
la sit vrbs, nullū oppidū, quod absq; graui et irrecupe-
rabili dāno ei resistere queat. Illustriſsim⁹ enī Princeps
Elector, Marchio Brandenburgēsis, vel solus satis po-
tens ac validus esset, ad castigādos cōpescendosq; cha-
rissimi fratris sui rebelles subditos, eosq; ad debitā obe-
dientiam reducendos. Ego quoq; lōge melius confido
de probitate & honestate fideliū subditorū, q̄ nullo pa-
cto sinent se seditiosi Calūniatoris huius crimiatōibus
aduersus propriū dñm et pacificum Principē suum cō-
citari. Cum probe sciant, eiusmodi infidelitatē et dese-
ctionē defendi non posse neq; corā deo neq; corā hōib⁹.

Miseri ac scelerate seducti Agricole per talē p̄fidias
perdiderūt honorē et substantiā, corpus & aiām eternā
liter

litter. Quemadmodū seductor ipse aduersus eos, postq̃
occisi fuerāt, sn̄iam publice tulit. Quicūq; igit̃ tam cru-
deli et horrendo exisio a defectōe absterri non vult, is
pergat vt lubet, et sit filius perditōis, tū tp̄alis tū eterne.
Sicut Judas proditor simul cū vn̄uersis seditiosis per
petuo manet. Nā et seditiosi per rebellionē et defectionē
contra superiores suos perfidi ac perinri proditores esse
deprehendunt̃.

Ego aut̃ oēs et singulos subditos hic fideliter ad-
monitos volo, cōtra seditiosum hūc libellū crimiatoris
Duitenbergēsis hui⁹, inimici pacis, per istud pacifici
regis Salomonis prouerbiū. Time dñm fili mi et regē,
et cū detractoribus ne cōmiscaris, qm̄ repēte cōsurgat
perditio eorū. Morient̃ enī breui et quidē duplici morte,
tp̄ali scz et eterna (a qua cūctos custodiat superbūdicta
trinitas) Leges enī imperiales adiudicāt eos morti tem-
porali. Paulus vero Ro. 13. eterne, vbi ait. Qui potestati
resistūt, dei ordinationi resistunt, Qui aut̃ dei ordinatōi
resistunt, damnationē sibi acquirunt.

Prover. 2

Si ergo libere veritas dicenda est, re ipsa cōpertum
hētur, q̃ neq; Cardinalis Mogūtinus, neq; aliq̃ Catho-
lici Principes sacri Imperij sunt seditiosi ac rebelles Ce-
saris ac dei fures, vti crimiat̃ et calūniat̃ Luther⁹. Non
enī spernūt Cesaris mādāta, nec vllā aduersus Cesarē
armaturā, cōfoederatōez aut cōspirationē instituūt, nec
spoliāt sacras edes, tēpla et mōasteria, nec phibēt in ter-
ris suis veteres ritus et cerimonias, que ad honorē Dei
a priscis Cesarib⁹ fundate, et a sc̄tis patribus institute
sunt. Nō abolēt sacram missam aut reliquū dei cultum,
Neq; furant̃ vel Deo vel Cesarī suum honorē, obsequiū
aut obediētiam. Quapropter mīme crimīari aut dici de-
bent seditiosi Cesaris et Dei fures.

C ij. Lutherus

Lutherus aut viderit, quod crimina hmoi effugiat:
 Cū vtriq; Capiti Christianitatis, Pape et Cesari, tam
 manifeste rebellis existat. Quidē r leges Imperiales
 dictāt serioq; p̄cipiunt, vt cuncti populi Ro. Imperij re
 cipiant ac teneāt fidem ac religionē Ro. Ecclesie, et sub
 ea in Christiana vnitae Catholice fidei obediēter per
 maneāt. Hoc Lutherani Iurisperiti in Codice bene
 legerūt, et sciunt. q; sunt antique leges Christianorum
 Imperatorū, ante mille annos late ac p̄cepte. Sed ocu
 los hnt et nō vident. Quemadmodū Dauid et Esaias
 cōquerunt. Deus Dpt. Max. eos hic per gratiam suam
 illuminet, ne per voluntariā cecitatē illic in sempiternas
 tenebras perueniant. Amen.

Appendix.

Reuerendissime Dñe Archiepiscopo, Primas et Le
 gate Nate, Dū hec excuderent, duplex ad me fama re
 fertur, que varie me afficit. Altera em̄ admodū tristis, al
 tera perq; leta est cordi meo. Prior sane ex nundinis
 Francofordiensib; venit, vbi nuper Anglicani quidam
 Bibliopole cōstituti, constāter affirmarūt, Regem An
 glie adhuc repudiātā tenere ac despicere serenissimā cō
 iugem suā, illustriss. Dñam Catherinā, Anglie et Fran
 cie Reginā, Nobiliss. Hispaniarum Regum sobolem. ac
 noue nupte, quā contra ius r fas malignorū suasu sup
 induxit, pertinaciter adherere: meq; fama meliori dece
 ptū, Anglis ridiculo nunc esse. Sed rideant, vt velint im
 probi quicūq;: Ego firmiter credo, libellū opinionemq;
 meā, tot scripturis rōnibusq; et magnorū antorum testi
 monijs confirmatā, bonis ac eruditis homib; ridicu
 lo nō fore. Quotquot em̄ hactenus audiui viros bonos
 et doctos, om̄es rephenderunt istud Regis dinortū, Ex
 cepto

fama. vt
 t. ff. de
 l. i. et l.
 s. redder

L. 113.
 .6.

cepto Anglo vno, qui amplissimā ex dinortij huius com-
probatioe a Rege cōsecutus est dignitatē. Non pōt igit
libellus meus iure rideri aut dānari ex iniusto facto aut
pctō Regis. Ego enī fundamentū iustitię et veritatis nō
posui super factum hoīs pctōris, sed super verbuz dei et
equitatē naturalē. Viderint aduersarij, an veritatē (que
oīm fortissima est) vllis sophismatū facis et prestigijs
expugnare tandē possint. Sed q̄to tristior mihi est hec
de Rege Anglie fama, tāto letior incundiorq; et accep-
tior est mihi altera de sereniss. sapiētissimoq; et religio-
sissimo Rege Polonie fama, quā ex formula et exemplo
noni eius Edicti, quod nuper pmulgatū est, intelligere li-
cet. Adeo enī efficax ē hoc p̄ Regis mandatū, vt Scho-
lares Poloni, qui Vuittenberge degebāt, eius tenore au-
dito, mox inde subriperūt sese. Quos equidē in hoc ve-
hemēter laudo, q; chariorē hñt Regem suum patriāq; et
cognatos, ac maiorū suorum priscam fidem, q̄ nouum
Euangelistā Lutherū. Quod vtinā et vester faceret Ale-
sius. Ecclesia enī, velut pia mater, gremiū redeunti non
clauderet. Longe florentissimū est itaq; nunc, dei benig-
nitate et Regis pietate atq; prudētia, regnū Polonie. In
quo prisca patrū religio incōtaminata pmanet, florent
litere, viget disciplina, crescūt opes, augent honores, cla-
risq; victorijs de hostib; externis multiplicant triūphi.
P̄ijs enī ac deū timētib; oīa cooperant in bonum. Que
aut de Regno Polonie hic breuiter cōmemoro, de Sco-
tie quoq; regno vera esse nō dubito, vbi Catholica reli-
gio et Edictorū seneritate et Ep̄orū vigilātia integerrīe
custodit. Quod sane bonū deo Dpt. Max. vtriq; regno
perpetuū esse velit oro. Amissa enī religiōe cūcta in dete-
rius vergūt ac decidunt. Quēadmodū et Rex Polonie
(cuius sapiam adauxit lōga rerū experientia) in hoc,
quod sequit, Edicto suo clarissime testatur.

Novum Regis Polonie Edictum.

Sigismundus Dei gratia Rex Polonie &c.


Magnifico Luce, Comiti in Gorka, Castella
no Posnan'ie, et Maioris Polonie Capitaneo
Generali, sincere nobis dilecto, Gratiam no-
stram Regiam.


Magnifice, sincere nobis dilecte, Audimus, pmul-
tos esse in Regno nostro factiosos, & novandarū
rerū cupidos hoies: Qui sectas, ab orthodoxis
patribus in vniuersalibus Cōcilijs reprobatas, non in
occulto solū sectant, sed et publice profitent' et dissemi-
nant, nō sine cōtemptu piarum sanctionū, a sancta Ca-
tholica Ecclesia institutarū et receptarū, atq; Edictorū
nostrorū. Esse itē non paucos, qui liberos, propinquos
et affines suos, Vnittembergam mittāt, vt illic mox ab
ineunte etate, priusquā nouerit malū a bono discernere,
pestifera dogmata ab ipso Luthero (qui horū malorū
caput est) imbibant, et postea in Regno nostro diffun-
dant et propagēt. Que res q̄ feliciter vicinis circumcirca
Regiōibus ceciderit, nemini obscurū est. Videmus enim
luce meridiana clarius, q̄ te seditōes, q̄ te cedēs, bonorū
direptōes, & q̄ta rerum oim perturbatio, q̄ta pietatis rui-
na, q̄ta deniq; honestatis eversio ex his initijs excitata
sit. Quā non potuerit hactenus pestis hec, semel in ho-
minū animis radicata, extirpari: quis multis in id in-
cumbētibus. Quod ne nobis quoq; et subditis nostris
vnq̄ vsuveniret, caui⁹ aliquoties Edictis nostris, gra-
uibus poenis in trāsgressores cōstitutis. Itaq; et nunc
mandamus S. tue, prospiciat etiā atq; etia⁹, ne quis in-
lapsum.

40
10.

lapsum ipsius, aduersus Ecclesie constitutiones palā vel
facere vel loqui ausit. Quod siquē eiusmodi post huius
Edicti nostri publicatiōem inuestigaret, castiget eū pro
delicti magnitudine, ad prescriptū priorum Edictorum
nostrorū, iam olim ante annos aliquot ea de re editorū.
Penitus enī volumus Dominia nostra ab huiusmodi
nouatoribus esse immunia. Quod attinet eos, qui apud
Lutherū, vel quoscūq; alios factionū istarū principes,
vitā degunt: ijs oēm aditum ad quasuis dignitates et
Magistratus p̄cludemus in posterū. Qui aut post publi
catum hoc Edictum nostrū, vel sua voluntate, vel iussu
suorum amicorū ad istos Sectarū nouarum authores,
vt eorum dogmata imbibant. p̄ficiscētur, eos vel extor
res esse iubebimus, vel senerius e Consiliariorū nostros
rum sentētia castigabimus, ne illis quidē parcentes, qui
ipsis authores eius rei fuerint. Quocirca volumus, vt
S. tua, mandata hec nostra publicet, diligenterq; exe
quatur. Et aduersus eos, qui in ecclesiasticis Censuris
obsurdescunt, ita procedat, quemadmodū Statuta Re
gni nostri p̄scribūt. Aliter nō factura pro gratia nostra.
Vilne Quarta Februarij Anno dñi M.D.XXXV.

C Dresde excussit Vnohffgangus
Stöckel. ix. die Aprilis Anno vt sup.





Biblioteka Jagiellońska



stdr0042409

